



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Totivs Tractatvs De S. Matrimonij
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

5. Sodomia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559

loca inhabitantis, ita ut mutuo conueniri nequeant, cogendus est alter Dominus per Ecclesiam, vendere alteri volenti emere. Quod si neuter velit, cogendus est alter vendere cuicumque extraneo in parte illa, in qua seruus est; & si nullus inueniatur emptor, emat Ecclesia, vel cogat aliquem, ut emat in loco, ubi seruus est, lib. 7. tota disp. 22.

21 Seruus acquirit ius quoad obligationem naturalem ex promissione a domino sibi facta, vel e contra. Secus quoad ciuilem, lib. 7. disp. 24. nu. 22.

Simonia.

1 Licitum est offerre munera gratis, & absque alio pacto ad caprandam benevolentiam, & inducendum ad Baptismum, & ad religionem, & ad alia opera spiritualia. Item pecunijs auferre impedimenta retardantia a Baptismi susceptione, aut a Religionis ingressu. Item licitum est offerre munera ea lege & pacto, ut is, cui offeruntur, efficiat aliqua opera spiritualia, v. g. ut recipiat Baptismum, ingrediatur religionem, sacramenta frequenter, aut a peccatis recedat, dummodo non dentur in pretium illius operis spiritualis, sed ad inducendum ad illa, libr. 1. disputat. 39. numer. 2. 3.

& 4.

Sodomia.

1 Ex copula sodomitica non oritur affinitas; impedit tamen matrimonium propter criminis enormitatem, lib. 7. disp. 64. nu. 13. & 14.

Spon-